



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

54. An si quis occidat Fiscalem Regium, vel Præsidem iustitiæ, gaudeat
Immunitate Ecclesiæ? Et quid, si aliquis occidat Episcopum vel
Cardinalem? Ex part. 1. tr .1. res. 20.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](#)

Peregrino de imm. c. 10. n. 7. Farinacio in appen. c. 14. num. 190. Mario Italia de immunit. lib. 1. cap. 5. §. 7. num. 45. & aliis; quia Gregor. XIV. in sua constitutione excipiendo crimen laesae Maiestatis taxauit dictam exceptionem in personam ipsiusmet Principis, & paulo ante posuit dictiorem taxatuam tantum, qua de sui natura est impedit extensionem ad non expressa. Et in dicta constitutione exceptio casuum sit per modum formae: ergo nihil addi, vel minimi potest, sed ad vnguen seruari debet. Ita Peregr. ubi supra, & post haec scripta inueni hanc sententiam docere etiam Martinum Bonacinam in Decalog. dif. p. 3. quaest. 7. punct. 6. §. 6. num. 5. quia, ait ille, in tali casu delinquens non dicunt coniurare in personam Principis, nec facere actionem, in offenditionem persona, sed dignitatis, qua talis persona competit: ergo, &c. Et tandem hanc sententiam docet Castrus Palauus hoc anno Lugduni impressus torn. 2. de reue- renzia debita locis sacris, diff. vniuers. p. m. 9. n. 42. in fine. Vide meipsum in part. 1. tract. 1. * refol. 7.

* Que hic est
Ref. antece-
dens.

RESOL. LIV.

An, si quis occidat Fiscalem Regium, vel Prefidem in-
firia, gaudet Immunitate Ecclesie?
Et quid, si aliquis occidat Episcopum, vel Cardina-
lem. Ex part. 1. tract. 1. Refol. 20.

Quae hic est
supra §. 2. &
pro difficili.
tali huius
Ref. supra
in Ref. 4. 6.
prope finem
& in Ref.
50. §. 5. Sed
admedium,
& in Ref. 51.
& infine
Ref. 108.

Hec opinio ex supradictis in Ref. 7. resoluta est: sed in particulari illam posui; quia his diebus à quadam Iurisconsulto agitata fuit, qui dicebat, dictum reum committere, ita facientem crimen laesae Maiestatis; & ideo non gaudere immunitate Ecclesie.

2. Sed proflus, vt ego illi satisfeci, contrarium dicendum est: quia in Bulla excipitur tantum crimen laesae Maiestatis contra personam Principis; sed dictus criminis commisit quidem crimen laesae Maiestatis; sed non in personam Principis: ergo gaudere Ecclesie immunitate. Et ita in terminis docet Bonacini de leg. dif. 3. quaest. 7. punct. 4. num. 22. & Ambrosini, de imm. cap. 9. num. 7. cum Farinac. de imm. cap. 13. num. 192. qui num. 185. adiurit, etiam occi- fores Cardinalium, & Episcoporum gaudere dicta immunitate, licet in tali casu, putet reum à Iudice Ecclesiastico confidendum esse, vt postea Summus Pontifex informetur: sed absolutè occidentes Cardinals non gaudere docet Peregr. de imm. cap. 9. n. 5. etiam dicti Cardinals galerum, seu capellum Pontifice, non acceperint.

Sup. hoc su-
pra ex do-
ctrina Ref.
49. §. Vlt.

RESOL. LV.

An Monetarij gandeant Immunitate?
Et an idem dicendum sit de tonsoribus Monetarum, quod
evidentibus. Ex part. 6. tract. 1. Ref. 19.

Sup. hoc su-
pra in Ref.
52. §. 2. cur-
sum ad me-
diuum.

Negatim respondet Sarpus cap. 5. fol. 52. Neque vero, ait, sacris proteguntur locis, qui Monetarij vulgo dicuntur: tum quia perduellionis est species; tum etiam quia sunt publici fures, qui quoad in eis est, humanam societatem destruunt, cunctoque sine discriminé expilant. Hæc ille.

2. Videtur hic Sarpus loqui absolutè tam de illis qui evident falsam monetam, quam de illis, qui bona tendunt: sed ego vtroque immunitate gaudere existimo. Et licet evident falsam monetam, crimen laesae Maiestatis dicatur committere, ex l. 2. Cod. de fal. monet. ibi. Cuius obnoxij Maiestatis crimen commit-

tum, & docet Decianus lib. 7. cap. 23. num. 1. cum aliis quos refert Farinacius quaest. 115. num. 1. Tamen eudentes monetam falsam adhuc puto non esse priuandos priuilegio immunitatis, tam de iure communii, quam de iure novo constitutionis Gregorianæ: quia in nullo Canone, antiquo excluduntur ab immunitate, & quia non committunt delictum in personam ipsam Principis, quod solum exclusum est in Bulla Gregorianæ, & ita in terminis docet Peregrinus de immunit. cap. 10. num. 10. Ioannes Gutierrez in praet. quaest. lib. 4. quaest. 4. num. 10. & Villalobos in summ. tom. 2. tract. 39. difficult. 7. num. 19. vbi sic affterit. [Del que haze moneda falsa se ha de decir, que aunque el delito es muy graue, le vale la Yglegia, porque no es la estrella en derecho lo contrario, y aunque se cuente por crimen laesæ Maiestatis, es por extension y largo modo, y no propriamente.] Ita ille, & me citato Trullench in Decalog. tom. 1. lib. 1. c. 11. dub. 3. num. 28.

3. Et idem dicendum esse puto de Tonsoribus Monetarum, qui gaudebunt utique hac immunitate; vt in specie docet Peregrinus cap. 6. num. 11. Marius Italia lib. 1. cap. 5. §. 1. num. 15. Nouarius in summa Bullar. tit. de immunit. num. 4. & Bonacina tom. 2. dif. 3. quaest. 7. punct. 6. §. 1. num. 4. & me citato Barbofa de iur. Ecclesiast. lib. 2. cap. 3. num. 122. qui testatur, quod cum in Ecclesia Sancti Antonii extramœnia Civitatis Neapolis quidam monetarii configissent: tunc Piorex Paulo V. supplicavit, quatinus eius Nuncio mandaret, vt eisdem Monetariis ad Regiam Curiam consignare dignaretur. Et Sanctissimus Iudicis 19. Iulij 1619. mandauit dari litteras Nuncio vt cōstilo sibi summarie & ex processibus Laicorum, quod ita erant Monetarii, eos consignari mandet.

4. Vnde ex his patet responsio ad argumenta Sarpi. Dico igitur ad primum supradictos, reos non esse proprie perduellionis reos; sed largo modo: & etiam si essent verè & propriè, asserit Gutierrez etiam gaudere immunitate, cum nullus Canon excludat ab illa reum laesæ Maiestatis humana, vt suprà probatum est. Quod hi autem dici possent, vt perperam vult Sarpus, publici latrones, negandum est: quia clavis & sine violentia furantur, & non in viis publicis: ergo non sunt publici latrones, atque immunitate gaudere debent: & ideo secundum supradictam nostram sententiam foissi iudicatum in criminis falsa monetæ in Regali Cancelleria Pinciana, testatur Gutierrez loco citato.

RESOL. L VI.

An frandantes Regia tributa gaudent Ecclesiarum Immunitate?
Et an gandeant Immunitate obligatus ad reddendum va-
tioinaria ratione aliquius administrationis, & tutela?
Idem est dicendum de Officiali Regio debitore ex causa
Syndicatus. Ex part. 6. tract. 1. Ref. 20.

Negatim respondet Sarpus cap. 5. fol. 52. vbi sic ait. Neque porro ij qui fraudant fiscum, & Reipublicæ pecunias in suos usus convertunt, si- cuti lex Imperialis decrevit, Ecclesiarum immunitate muniantur.

2. Verum proflus affirmatiæ sententia est ad-
herendum. Et ita docet Villalobos in summa, tom. 2.
tract. 39. difficult. 7. num. 17. vbi sic ait. [Quanto à lo que deute, tributos reales, segun que de derecho ciuil, non le vale la Yglegia; mas haze de decir, que le vale attento el derecho Canonomico, come tiene Abad, Gregorio Lopez, y Bobadilla.] Quibus ego addo